

glabra notata, dextra sinistra tantum leprosa. Lamina 1,10 m circ. longa, multisepta, segmentis utrinsecus circ. 24. Segmenta apicalia quam sequentia breviora, sed latiora, plurinervia, nervis primariis 8—6 percursa, 2,5—3 cm circ. lata, apice dentata; reliqua, ut videtur, linearia, regulariter disposita vel fere, infima a rhachi surgentia, paulo densius sequentia, angustiora, breviora, plerumque nervo primario unico percursa, cetera, ut videtur, fere horizontaliter patentia, directione haud variantia, longiora, latiora, nervis primariis 3—2, inter quos basin versus valde reduplicata, majora visa circ. 50 cm longa, 3,5 cm et ultra lata, omnia inter minus robusta, utrinque viridia, subtus in nervis primariis hinc inde paleis linearibus, majusculis praedita. Spadicis rami fructiferi visi curvati, circ. 30 cm longi, glabri, inter tenuiores, ad fructuum insertiones paululo flexuosi. Fructus distichi, globulosi, i. s. cum peranthio et apiculo breviter conico, acuto, 1,5 mm alto 12 mm longi, 9 mm in diam. metientes, longitudinaliter minute striati, obscure transverse rugulosi. Perianthium fructiferum cupuliforme, 3 mm altum. Calyx primo connatus, demum sub fructu usque ad basin fere fissus. Petala imbricata, late rotundata, quam calyx vix altiora. Semen globulosum. Albumen profunde multiruminatum. Embryo basilaris, verticalis.

Nord-Celebes: Minahassa, Ebene nahe Amurang (Warburg s. n.).

Die Art ist ausgezeichnet durch die zahlreichen, relativ schmalen Fiedern und die kleinen, kugeligen Früchte.

#### Species dubia.

14. ? *Pseudopinanga stylosa* (Becc.) Burret nov. comb. — *Pinanga stylosa* Becc. in Webbia III (1889) 177.

Sumatra: Monte Dempo, 500 m (Forbes in herb. Calc. n. 2281, non vidi).

Ich bin im Zweifel, ob die Art nach dem Passus der Beschreibung „floribus ♀ . . . sepalis . . . vix imbricatis, immo in perianthio . . . subvalvatis“ vielleicht zu *Pseudopinanga* gehört.

---

*Areca banaensis* (Mag.) Burret nov. comb. — *Pinanga banaensis* Magalon Contrib. Etude Palm. Indochine (1930) 149, ta b. VIII, fig. 2a.

Annam: Bana-Massiv, 20 km westlich Tourane (non vidi).

*Areca microspadix* Burret nomen nov. — *Pinanga nannospadix* Burret in Fedde Repert. XII (1933) 116.